

paullo quidem liberior; ea tamen, vti apparebit comparanti, probabilis, vt, quae apte, eleganter, ordinateque scripta sunt, ea optimo sibi iure tamquam sua vindicet MANLIVS ^f), reliqua omnia, si qua superlunt laudabilia, teneant interque se partiantur Rectorum Duumtiri. Sed haec nunc in transcurso, alio loco forsan pluribus. Vtus est SCHÖTTGENIVS perpetuo *Corpore Iuris Lusatiae Superioris*, RÖDERI *Lusatia Superiori Diplomatica*, *Singularibus Lusatricis* Vir Excell. BVDAEI, CARPOVII operibus patriae utilissimis, aliisque, quos et honoris et instituti causa in posterum studiosius indicare dabitur. In tanta vero et scriptorum et monumentorum multitudine, fieri aliter non potuit, quin vel attentissimo homini, qualem nouimus SHÖTTGENIVM, quaedam elaberentur, in se leuisima, sed tum, cum omnia conquiruntur, hand contemnenda. Quibus supplendis, addendis quoque, quae post editum Inuentarium sunt diuulgata diplomata, inutilem quis consumet operam? Vtriusque rei cum periculum fecerim; speciminis loco, 'TVA, Optime Pater, pace duplex commemorabo exemplum. Alterum insigne continet accessionem xxxiii Diplomatum ad Rem Diplomaticam iam A. MDCCXXI factam, edito libello, qui inscribitur: *Abdruck von denen wahrhaften Originallien derer Documenten und Beylagen, welche in denen Salzaischen Majorats-Sachen, das Erste, von weyl. dem Hochwürdigsten Fürsten und Herrn, Herrn Jacobo von Salza, Bischoffen zu Breslau, auf 4200 Fl. Uugar. oder Spec. Ducaten fundirt, und auf dem Guthe Ebersbach radicirt; das andere, von weyl. Herrn Hiob von Salza, auf 20000 Rthlr. fundirt, und auf den Güthern Ludwigsdorff und Klein-Biesnitz radicirt, wider die ietzigen unbefugten Possessores dieser Majorats-Güther bey denen Actis vorkommen, uud producirt worden.* 4. Alterum repetitum est a beneficio Litterariae Societatis, quae in hac vrbe nuper floruit, vtque renascatur, splendoremque antiquum recipiat, omnes bonos exoptare audio. Varie enim auxit et illustrauit litterarum vetustarum copiam ^g,

b

speque

einer vereinigten Gesellschaft in der Tom. II. pag. 52. seq. p. 265. p. 268.
Oberlausitz, zu den Geschichten und pag. 277. pag. 430. Tom. III. pag. 209.
der Gelahrheit, Tom. I. pag. 14. seq. Tom. V. pag. 35. p. 253.